



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

In Lib. II. Regvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

& sex mensibus mansisse: nec erubuit eius calamus testimonium huius rei annotatione. 1. Samuelis 27.

I. REGVM XXIX. v. 3.

Et ait Achis: num ignoratis David, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multu
dies, vel annu. Ita Latinus & Hebraeus: Graecus habet: γέγονε μὴδ ἡμέτερον ἡμέτερον
ἡμέτερον ἡμέτερον ἡμέτερον & fuit nobiscum dies, hunc annum secundum. Quam versionem
recepit Salianus & Menochius ac si Achis dixisset: mansit apud nos dies, plu-
rimos scilicet, hic quippe secundus annus est, ita nimirum vt locutio Graeca idiotis-
mum Hebraeum redoleat. Aliqui putant per exaggerationem locutum, aut
verum fuisse, aut saltem habuisse intentionem mentiendi, vt sic Philisthaeos
efficit in suam sententiam pelliceret. Ita Abulensis hic qu. 5. Torniellus an.
179. quod etiam admittit Sanctius: addit tamen ista verba Achis sic intel-
ligi posse quasi dixisset, ita notam esse Davidis fidem, ac si pluribus annis ibi
mansisset. Quae interpretatio est etiam Rabbi David. Deinde nonnulli aduer-
sus duobus diversis vicibus & annis Davidem, ad Palaestinos fugisse, prius sub
persecutionis quado simulavit amentiam c. 21. v. 10. deinde sub fi-
gura Saulis. cap. 27. v. 1. Achin verò ad utramque fugam respexisse, quod
sepeuaginta insinuas videntur, quasi dixissent, hoc anno secundo Davidem
motus diebus apud Achin fuisse, licet alio priori anno, mox recessisset. Quam
explicationem maximè probo: quicquid enim aliqui velint, quatuor mensibus,
ea omnia fieri poterunt, quae in regione Palaestinarum à Davide tempore
huius secundae fugae gesta narrantur. Et haec in librum primum Regum.

David
apud
Achis
quamdiuq

Duplex
fuga Da-
vidis.

Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17

NOTAE ET

QVAESTIONES
CHRONOLOGICAE
IN LIBRVM II. REGVM.

II. REGVM II. v. 10. & seqq.

¶ Vadragesima annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cepisset super Israel,
& duobus annis regnavit: sola autem domus Iuda sequebatur David. Et fuit
numerus dierum, quos commoratus est David imperans in Hebron super domum
Iuda septem annorum & sex mensium. Egressusque est. Abner filius Ner, & pueri
Isoseth de castris in Gabaon.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quot annos regnauerit Isboseth.

*Error
Caluifij.*

1. Caluifius an. m. 2890. asserit illo anno Saule sublato, Dauidem Iuda regem declaratum, reliquas autem tribus secutas Isbosethum Saulis. Anno 2891. notat pugnam, quæ hic à versu 13. describitur. quæ quærenti ait Isbosethum à suis in cubiculo trucidatum cum regnasset biennio de biennio tradunt Hebræi, & quinque annorum interregnum inter Isbosethi mortem & Dauidis enthronismum, quo totius Israelis imperium possuit Caluifius autem vult Dauidem Isbosetho successisse, anno proxime sequenti. Quam Caluifij supputationem sacris Biblijs adinde patet, quod hac ratione Dauid tori Israelitidi vitra 37. annos contra illud 2. Reg. 5. v. 5. In Ierusalim autem regnauit 33. annis super omnia.

*Opinio
Caicetani.*

2. Caicetanus 2. Reg. 3. putat Isbosethum non statim occiso Saulis tum ob difficultatem cogendorum comitiorum, tum ob diuersa partium alij Isbosethum, alij Dauidem respicientibus; tandem rati è postea inter regnum cum dimidio interregnum, Isboseth biennio regnasse, quo rursus sesquialtero anno regnum Israelis vacasse, donec tandem electione Saulis circiter septennio omnes tribus, in Dauidis electionem sanctius hoc loco, etsi probabilem eorum sententiam pronunciet, quod ipsi Sanctio videatur plus longe temporis interiectum fuisse mortem & regnum Isboseth, quam inter huius eadem & Dauidis regnum: quia posterius hoc tempus minus habuit impediam deliberationem, tamen doctrina minus mihi probatur: cæso enim Saule, vici Hebræi digebant, ac proinde tribus Iuda Dauidi regnum obtulit, in cæteris monarchiam in tres annos & dimidium fuisse mihi persuadere non video, cur sublato Isbosetho, aliqua temporis mora, quæ interiret possit, prius intercederet, quam Dauidi regnum Israelis deferretur: esset reliquus, cui esse posset cum Dauid de regni titulo atque administratione diserte scribit Sanctio hic num. 12.

Refellitur.

Conclusio.

3. Isbosethum septem annos & sex menses regnasse censet Abulius 2. q. 12. Genebrardus initio regni Dauidis nonnullos ex Hebræis scribit rarius & Menochius in hunc locum, Tornielus anno m. 2980. num. an. 2979. num. 209. Petauus dum anno Periodi Iul. 3659. initium Isboseth, & anno 3667. mortem eiusdem inscribit. Paludanus tract. 2. cap. 1. accurrunt Capellus, Heluicus, Funccius, Bucholcerus &c. Petrus lib. 7. Antiq. cap. 1. & 3. vbi clarè indicat mortuo Saule aliquo

Isboethum opera Abneri regno Israelitico positum, & Dauidem Isboetho
preempto mox subrogatum. Quam supputationem veram existimo. Cum
enim Hebraeis vndique hostes, ac in primis Philistai victores imminerent, &
scriptura teste longa fuerit concertatio inter domum Isboethi & domum Da-
uid. 1. Reg. 2. v. 1. gratis excogitatur interregnum, ante vel post Isboethi prin-
cipatum.

4. Quomodo igitur Isboethi duobus annis regnasse dicitur? Plerique au-
tem iam laudatorum docent id non esse intelligendum de toto regni illius
tempore, sed de eo, quod ab initio regni illius, vsq; ad pugnam fortium effluxit.
quod cum duobus annis regnasset Isboethi abnero duce Dauidi bellum intu-
it. vt in simili de Saule notauit. 1. Reg. 13. q. 6. num. 7. Quod enim Isboethi an-
nos 7. cum dimidio regnauerit satis indicat Scriptura hoc loco, quæ cum vers.
10. malidisset Isboethi regnasse biennio, super Israel & domum Iuda adhæsis-
se Dauidi, confestim v. 11. quasi parenthesi apposta subdit: & fuit numerus die-
rum quibus mortuus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda septem annorum
& sex mensium. Tum v. 12. redit ad Isboethi, egressusque est Abner &c. vt sit ordo
retorum: Isboethi duobus annis regnauit, egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isbo-
ethi Saul de castris Gabæon, id est duos annos prius regnauit, quam è castris Ga-
bæon educeret copias militares in Dauidem. Interuntur autem illi septem anni
& 6. menses, quibus domus Iuda regi Dauidi parebat, vt intelligamus tunc
relinquas tribus Isboetho subiectas esse.

Quæstio
resoluitur.

II. REGVM V. v. 4.

Et triginta annorum erat Dauid, cum regnare cepisset, & quadraginta annis regna-
uit. In Hebron regnauit super Iudam, septem annis & sex mensibus: in Ierusalem au-
tem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. Eadem repetuntur 1.
Paralip. 3. v. 4. & cap. 29. v. 27.

Regnavit
Dauid.

Hinc patet errare Caluissium, qui cum anno mundi iuxta suum computum
2890. notasset Dauidem à tribu Iuda electum in regem, an. 2893. Dauid, inquit,
et inuenit se populo Israelitico recipitur & inungitur rex. An. 2930. signat Dauidis obi-
tum. Ex hac enim doctrina sequeretur Dauidem anno 4. aut 3. desinente regni
in Iudæa à reliquis tribubus in regem assumptum. Siquidem Caluissius Dau-
idi inaugurationem cõijcit in annum m. 2890. Ergo secundus annus regni Dau-
id et aperiebatur an. m. 2891. annus regni tertius, anno m. 2892. quartus anno
2893. Quo fit, vt Dauidi 36. aut 37. anni dentur in totam Israelitidem dominã-
tiam. Iudæa vero tribu Iuda regnanti tres aut 4. non integri, contra versiculum iã
propositum, quo Dauid regnasse dicitur 33. annos super omnem Israel, septem
vero annos, & sex menses super Iudã. Et cap. 2. huius lib. v. 11. Et fuit numerus dierum,
quibus mortuus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda septem annorum & sex mensium.

Error
Caluissii

Quo-

p.
philippi

ronologia
Testamenti

IV
17

Quomodo hæcerunt vera, si Dauidem totus Israël sibi regem anno 4. Saulis adsciuit? utroque enim Scripturæ loco iam relato, significatur 40 annos, & sex menses, non de solo loco Hebron intelligendos esse, ut uisus; sed etiam de tribu Iuda, quæ Dauidem sequebatur.

*Mendosus
aius liber.*

2. Varia habet idem auctor de annorum Dauidis serie, quæ sententia tamen non attingo, cum pleraque ad typothetæ officinam ferri possint. Duo tantum aduerto. 1. non exiguam esse differentiam in prima & tertiam editionem Chronologiæ Caluianæ. 2. pugnam inter Salianum, qui mutuis vulneribus in Agro robustorum ad Gabaon cecidit, & mortem Al. Elis de quibus 2. Reg. 2. contigisse anno 2. Dauidis, non ut uult Calu. sed absoluto, ut alij tradunt. Abulensis, Serarius, Salianus, Petanius, Paludanus.

*Initium
regni Dauid.*

3. Primordia regni Dauidis mortuo Saule cum Torniello & Salianis ferenda existimo ad ann. m. 2980. diluuij 1324. Cum ipsidem Vincetorimis alijs 942. ab Exodo 437. qui mihi ante Christum est 1061. Tom Saliano 1074. Petanius adscribit anno mundi 2829. ante Chr. 1057. i. editione anno mundi 2891. ante Chr. 1057. in tertia uero edit. ante Chr. 1058. Bucholcerus anno m. 2890. ante Chr. 1081. Sed hæc momenti non sunt.

II. REGVM. VI.

QVÆSTIO II.

Quoto anno regni sui Dauid Arcam in Sion transtulerit.

Notandū. 1. Certum est Regium Vatem post adeptum totius Israël regnum Clebulæos Sionis incolas debellasse, ibique Regiam ædificasse. Tyrionum Rege ligna cedrina, & alia pleraque suppeditante, gemmas bellum cum Philisthæis gessisse. priusquam Arca e Gabaa hinc colle Cerrim Ierosolyma adueheretur, ut latè 2. Reg. 5. narratur. Quo etiam in lud 1. Paralip. 15. ver. 1. Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & ædificauit arca Dei, tetenditq; ei tabernaculum. Nempe opere magnifico Palatium extruxit, varijs mansionibus, quasi domibus distinctum, nec ad tantum usus, sed sacros etiam accommodatum. Quæ omnia ante mortem arca gesta, cum alijs docet Abulensis in hoc caput, q. 1. Immo de bellatis secundo Philisthæis, domum prius remissos fateret, quæ Arca Ierusalem de arca reducenda à Dauide accerferentur, ut hic v. 1. infirmat.

1. Quantum autem temporis hisce rebus perficiendis impensum sit, Testatur non constare quidem, videri tamen Dauidem pro sua in Deum religione, non diu negotium Arcæ reuocandæ distulisse; sed initio regni sui expedisse. Quod probat ex illo 1. Paral. 13. v. 3. *Reducamus, inquit Dauid, arcam Dei nostram ad nos: non enim requisuimus eam in diebus Saul.* Alias dixisset, nos non requisuimus eam in diebus nostris, nec solum Saulis, sed sua etiam tempora culpasset. Idem auctor 1. Reg. 7. q. 11. obiter ait, Dauidem eodem anno, quo incepit regnare super Israelitas adduxisse Arcam de Cariathiarim, anno nempe octauo, auctore, quam in Iuda regnum inierat.

1. Optima

2. Alij tamen tardius Arcam in Sion aduectam merito affirmant. Salianus id factum constat anno regni Dauidis 10. Torniellus & Petauius vndecimo, cum arca apud Obededon trimestre hæssisset: Tempus enim biennij aut etiam triennij facile expensum est, expugnandis Iebusæis, gemino cum Philisthæis bello, & deo Arcæ præparando. Argumentum Abulensis debile coniecturam mouet. Si Saul biennium duntaxat regni gubernacula tenuisset; eius tempora ob Arcam in Gabaa relictam culpam non potuissent, quin pariter Dauidis biennium in aliquam negligentiam speciem incurreret. Cum autem Saul 18. aut 16. annos regnauerit, nec Dauid citius arcam transferre potuerit, quam cum Iebusæis & Palæstinis debellatum esset, Regia ædificata; locus Arcæ in Sion adornatus biennium aut triennium Dauidis culpa carebat; non autem 16. aut 18. anni Saulis.

2. Veriora

II. REGVM XV. v. 7.

Post quadraginta autem annos dixit Absalom ad Regem Dauid: *vadam & reddam veltamiam, qua voui Domino in Hebron.*

QVÆSTIO III.

Vnde hi 40. anni ducantur.

1. Nonnulli hic pro *quadraginta*, legunt *sex*, nonnulli, *quinque*, teste Francisco Luca in corre& Bibl. Sunt plures qui tantum 4. annos numerant: quãlectionem probabilem asserit Paludanus, cum Francisco Luca, Carthusiano, Hugone Card. & illos 4. annos à reditu Absalonis in Ierusalem deducunt. Adducunt aliqui Iosephum lib. 7. Antiquitatum, non *quadraginta*, sed *quatuor* legisse.

Varia lez
tiones.

2. Altera lectio communis & omnino seruanda est, quæ annos *quadraginta* referre sic enim habent Hebræa, Græca, Chaldæa exemplaria, & pleraque antiqua Latina, cum editione vulgata Sixti V. nec vlla sufficiens ratio apparet, cur hæc omnia mendosa esse putentur. Sic legit S. Hieronymus in Trad. Hebr. monetque cauendos esse deprauatos codices, in quibus pro *quadraginta* legitur,

Vera lectio

Quest. Chron. P. 2.

n

qua

p. philippi

ronologia Testamenti

IV
17

quatuor. Idem monet Angelomus, teste & suffragante Salianno an. m. 309
1. Eandem lectionem, quæ annos 40. exhibet, retinent Abulensis hic q. 1.
niellus an. m. 303; num. 2. Sa. Sanctius; admittit Hugo Card. Lyranus. Et
eum Rabbi Salomon, Iosephus loco citato, non docet, *quatuor* annos
eris Biblijs legi; sed tantum recensita Absalonis & Davidis plena
tione, subnequit post 4. annos illum orasse Dauidem, ut sibi in Hebron
uendi causa abire liceret.

*Non fuit
à morte
Saulis.*

3. Certum est hosce 40. annos non deduci ab initio Davidis in Hebron
Saulis regnantis. Dauid enim rebellante Absalone, ita vegetus ac debilis
& validus erat, ut non pedibus iter facere, & in prælium descendere posset.
circa annu regni sui quadragesimum calore nativo sese fouere nõ potuit
que ad Absalonis ætatem huiusmodi 30. anni vlllo modo referri possunt: hic enim
inter suos fratres loco, Dauid in Hebron regnante, natus est. Reg. 1. c. 1.

*Non ab i-
nitio regni
Saulis.
Secundū
Hebraeos.*

4. A creatione Saulis hos annos putat Rabbi Salomon apud Lyranum
riana, Vatablus, in hunc locum. Verum hæc computatio in primis non
quadrat ad eorum rationes, qui Saulis imperium biennio conclusum
doquidem Dauid Absalonem fugiens, hoc modo fuisset 68. circiter
rum, ac proinde imbecillior, quam ut iter pedes facere posset, ut constat
ctis num. præcedenti. Qui Sauli regi ait 32. aut 40. annos solum triduum
ab hoc computo recedere coguntur, ut ex dictis facile deduci potest.

*Opinio
probabi-
lis.*

5. Eandem horum 40. annorum Epocham in communi probabunt
Petauus an. Periodi Jul. 3685. Absalom, inquit, patrem e fratre deo. 17. anno
tione Saulis, quarto postquam Ierosolymam reuerterat: tempe circa annum reg-
uidis 27. cum ex huius authoris sententia Saulis regnum non nisi annos
14. tenuerit, ut supra notauimus.

*Non ab oc-
cisi in
Nobe sa-
cerdotibus*

6. S. Hieronymus hos 40. annos ab eo tempore videtur accersere
uiente in Dauidem Saule, sacerdotes occisi sunt, & Oppidum Nobe
ut monstreretur, inquit diuinam vltionem suscitari super Dauid, eo quod
melech sacerdotem fefellerit, & propter eum tot sacerdotum caedes
rit: tamen bene advertunt Salianus, Paludanus, & alij, ibi nullam
uidis culpam, nec facile inde vsque ad hanc perduellionem 40. annos
tari.

*Non defi-
niunt in
annum 26
Regni Da-
uidis.*

7. A prima vnctione Davidis priuatim facta, hanc æram de cetero
sis 2. Reg. 15. Torriellus an. m. 3005. Salianus an. 3009. Paludanus
8. Hic addit annum rebellionis huius fuisse regni Davidis 26. & An-
sotri vim intulit fuisse 14. annorum. Prius autem additam mentem
quia hoc modo Dauid oleo regio delibatus fuisset cum esset annorum
alterum mihi admittendum videtur; mirum enim foret in pacto 14.

teram libidinem, impudentiam, astutiam, vires fuisse, vt collato cum Iona-
do confilio, huiusmodi facinus perpetraret. Illis verò assentior, qui Davidis
regni reijciunt in annum illius regni vicecesimum, ætatis verò sexagesimum,
cum probabile sit eum à Samuele innoctum anno ætatis suæ vicefimo. Si vno
alteroq; anno tardius vñctio peracta est; in vnum pariter alterumq; annum
hec perduellio differenda erit.

8. *Quæres.* Vtrum hi 40. anni fuerint integre transacti? Id nonnulli diser-
te affirmant vt Salianus, quia textus Hebræus & Græcus habent: *Et factum est à*
quo quadragesima annorum. Vulgatus. *post quadragesima autem annos, dicit Absalom.* Va-
tibus, *exaltis autem 40. annis.* Aliqui tamen annum quadragesimum curren-
tem putant, vt Petauus, qui anno Periodi Iulianæ 3646. electionem regis Sau-
l, anno 3685. Absalomis rebellionem adseribit. Res est in obscuro: rationes ad
stabilem priorē interpretationem sunt valde probabiles: non tamen de-
monstratiuæ. cum facer textus etiam de anno quadragesimo corrente intelli-
guntur eo sensu, quo Christus circumcitus dicitur, *postquam consummati sunt dies*
40; ab eius natiuitate Luc. 2. v. 21. Vide quæ etiam ex Saliani sententia notati
de anno octogesimo Moysis, Exodi 3. v. 2. & cap. 7. v. 7.

9. *Quæres.* Quot annis Absalom ab eo tempore, quo in conspectum pa-
tris admissus fuerat, hanc perduellionem mouit? Quadriennio opinantur a-
lii, vt Abulensis hic q. 11. Theodoretus q. 29. Adrichomius, Turcellinus, Pa-
lagarius, Iosephum l. c. secuti. Alij isto temporis spatio non nisi biennium in-
cludant, vt Hugo Card Tornielus, Salianus, l. c. Petauus an. m. 2955. Vtraque
opinio probabilis est; magis tamen mihi prior arridet, ita vt oppressa Thama-
re, usque ad hanc factionem vñdecim anni intercesserint. Nam biennio post
trucidatum occisus est Amnon. 2. Reg. 13. v. 23. & 29. Hinc *Absalom cum fugisset &*
transisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. vers. 38. Inde *redux mansit Absalom in Ierusalem*
duobus annis, & faciem regis non vidit. cap. 14. vers. 28. quibus exactis, *vocatus est Ab-*
salom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terre, coram eo: osculatusque est rex
Absalom. ibid. vers. 33. Inde post quadragesimum impius filius paren-
tis regnum inuadit, annis vñdecim, ex quo Thamar
vitium obrulerunt lapsis.

(*)

Conclusio

An absal-
omus ince-
sum.

De gestis
Absalom.

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

IV
17



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN